

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Menippus sive dialogorum satyricorum centuria
inanitatum nostrativum speculum**

Andreä, Johann Valentin

Cosmopoli [i.e. Straßburg], 1618

73. Veneficae

[urn:nbn:de:bsz:31-107424](#)

mysterium, & admirandorum oceanus : tu vero
mavis à victore tuo rationes tibi subductas, aut
villlico. Musicus autem opinor es ? A. Præstat aliū
conducere, qui buccas inflat, mihi spiritu aliò o-
pus est. B. Scin, quo velim ? videris autem non-
dum Musices secretiora esse ingressus, quæ
Deum plane spirant. Crediderim ergo Rhetorem
fuisse. A. Necio quam vena minus fluit, lingua
minus soluta est. B. Nondum pro vita, fama, op-
ibus, liberis loqui opus fuit, quod agricolas diser-
tos facit. Cæterum Dialectices laudem nemo ti-
bi præripet. A. Ah quam difficilis nobis hodie
reddita est ! B. Difficilis vero, quæ & brevis, &
perspicua, & si nostros quondam cubos intuea-
ris, plane ratiocinationis medulla. A. Mihi sæpe
& bilem movit, & emovit cerebrum. B. Apparet:
at tu posthac disce ab agricolis argumentari, vel
si placet mulierculis, nihil præfers. Grammaticam.
A. Ea pueris debetur, mihi latine loqui satis est. B.
Et agricolis germanice satis. A. Quid si novam
Academiam erigeres ex meritis agricolis ? B. Quid
mirum, cum jam omnium artium ignorantiam
fallus, agricolis cesseris, sed ea jam dudum a Deo
erecta fundataque est hoc insigni privilegio, ut
quod vos apparatis nec estis, illi sint nec appa-
reant.

73. VENEFICAE.

A. **N**unquam sane hoc miserabile spectan-
dum animo excidet, Eheu humanam ca-
liginem, humanum dedecus ! B. Ecquando te
non

rum occidentem re
es tibi subducta, a
nor es? A. Præsum
er, mihi spirituali
evidenter aumen
tis ingrelas, pa
erim ergo Romam
a mias dñis, imp
ro vita fama
quod agricultores
ces laude in acro
sticis nobis hodi
o, quæ & hæc, à
adam cubiesque
fulla. A. Mih sepe
ebrium. B. Appar
s argumentum, vñ
rs Grammaticam
eloquuntur. C.
Quid si novis
ticolis? B. Quid
m ignorantiam
nudum à Deo
i privilegio, n
i sunt nec appa
runt.

non lamentantem reperero? A. Quando non erit
quod lugeam, quis eam sine lachrymis intuea
tur, vivum & vociferantem hominem ardere, &
pinguedine sua flammarum inter tormentorum
fenium alere. B. Vah, illius Veneficæ te miseret,
mille mortes merita! A. Id tu, & carnifices tui
videritis, quibus tantulum est in re incerta, ac te
nebrofissima sèvire. B. Incerta aïs, quæ confessæ
plane sunt, abnegationem Dei frugum pernicië,
hominum stragem, nocturnas choreas, abomi
nàdam libidinem, sive ut vno verbo complectar
contra Divina humanaque conspirationem? A.
Audio quæ dicas, ac si opus foret, centum alias
Sathanæ imposturas facile addidero, neque et
iam certus sum quid de his præstigijs dicendum,
sentiendumve sit, præsertim cum neutrubique
doctores satisfaciant; interim id durum nimis
est, nos verbis, vos igne & forcipibus disputare,
idque Christianos, quibus quondam à lenitate
inter barbaros infamia, à securitate sub Deo a
pud eosdem fuit admiratio. Nec enim major
Sathan sit veneficarum consensu, quem Chri
stianus per Christum merito despicer: nec minor
reditur supplicijs miserrimarum muliercula
rum, quem arma nulla carnalia, nedum ligna
aut forcipes depugnant, Christus vero suos sem
per tueatur, & in clibano ardente, nedum inter
veneficas servare possit. B. Nihil est quod
contra me concludas: nam nec Christo diffidi
mus, nec Sathanam expugnare contendimus,
sed suppliciorum severitate reliquos arcemus.

136

V E N E F I C A E.

& facilime ab his inquinamentis qui nondum
hac labe infecti , procul purgamus . A. Atqui
neutrum sit , cum longe alij sint Diaboli meatus ,
& ostia , quam quæ vos obstruitis : libido , rapina ,
blasphemia , curiositas , otium , crapula , ambitio ,
ira , quæ omnia si non laudabilia apud vos sunt ,
sane venalia , & tolerabilia quotidie animad-
uertuntur , quibus ceu patentibus portis Sathan
ingreditur , & exinde columnas nactus regnum
suum stabilit atque diffundit ; adeo ut facilimum
sit porro imbecillem sexum ad deteriores sive er-
rores , sive fascinationes , sive nequitias perduce-
re , Iam si quis vos in alia Sathanæ inquinamenta
proprios connuere , & conuersatione prope cō-
sentire , in alia opera ejus , sive fortasse ludibria ,
ineptuli alicujus arbitrio & carthaceo non satis
electo consilio , tanta immanitate animadverte-
re conspiciat , nonne admirabitur prisca Ec-
clesiam precibus potius , & vitæ innocentia
quam rogis Sathanam profligasse ? nonne illud
Christi , quo pili unius casum , aut passerculi ne-
cem patris arbitrio dirigi , quanta nostri conso-
lationem ! sponderet , ad vos nihil pertinere pronun-
ciabit ? B. O utinam omnes Veneficæ con-
flagrent ! A. O utinam omnis apud nos im-
pietas conflagret ! quod tamen nō fiet , nisi cum
uniuerso mundo , unis illæsis Christianis .

74. G R A .

1 Aliae Dom
2 Ignofice si
3 quego magifil
4 um milii fac
5 eo? B. Q
6 nodnon erat , &
7 dontralocquer
8 ent , quod no
9 lebant. A. He
10 allem emissa
11 quid abfundi
12 um ego persu
13 elcivis , & esse
14 e , ac gravata
15 erices in fam
16 m solvere.
17 illi minimoe
18 regiora circuite
19 das elle me d
20 state , atque fe
21 m condignat
22 um urfundo
23 se , aut claudo
24 um magistrum
25 deratum vid
26 Quid mirum
27 que equis pro
28 etiam alterum